

Der liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

85

magnopere curabatur, nec pergameni, nec papyri * facultas (33), et alij sumptus pertinentes ad sacrae scripturae seriem haberi poterant. Unde evenit, ut interdum picearum corticibus aliqua describi, necessitate cogente, oppeteret. Et ergo ¹ fratres illi tunc temporis nec praecedentium vitam vel facta minime conscripserunt (34)**.

Et ergo ¹ nescitur, quot anni, vel quantum temporis fluxerit, ex quo inhabitatus fuit locus iste, tunc temporis vastus et horribilis, licet verisimile sit durasse per multa spatia annorum.

17. (35) Postquam ergo adunati ² per avem supra dictam, informaliter erant de regula et habitu, inenarrabili gestierunt gaudio, confidentes se in consortium electorum evenisse, et deo gratum fore eorum consortium ³. Unde multum laudabant et benedicebant misericordem deum, qui nunquam deseruit sperantes in se, sed de alto prospectans, vota humilium suscipit. (36.)*** Tandem ergo fratres elegerunt ex ipsis sapientiores, et miserunt eos ad dioecesanum †, ut con-

ferret eis sua autoritate regulam et habitum s. Benedicti, qui tunc temporis [fol. 4^b] in partibus ¹ non habebantur, et ut amodo patrocinaretur ². loco illi. Qui etiam ipse cum magna benevolentia et bona voluntate devote concessit et firmavit autoritate episcopali asciscens locum ipsum in paternam defensionem sibi et suis successoribus; sicque praedicti fratres, secundum unam voluntatem suam expediti, cum gaudio reversi sunt ad patrem et confratres monasterii portantes thesaurum incomparabilem (37) scilicet regulae et ordinis s. Benedicti, qui habitus et regula omnibus ordinibus tunc praeminebat, sicut adhuc perpendi potest. Est enim regula patris nostri Benedicti corona omnium regularum*. Cum igitur multa fratrum numerosa iam esset turba, inter alios, qui confluerunt (38)***, etiam sacerdotes inter eos supervenere, accensi desiderio regularis vitae, quod antennis ³ temporibus actum non fuit; sed et aliae litteratae personae, sperantes se sanctitati vitae ipsorum participari (39). Tunc sacerdotes missas celebraverunt in altari mobili***, sicut concessum est, et licentiarum fuit dioecesano.

18. (40) Eo etiam tempore supervenerunt diversi artifices diversarum [artium¹] explentes opera sua secundum iussionem patris et necessitatem fratrum. Tunc primum coeptum est opus de cimento et lapidibus, construens ecclesiam cum magna difficultate, quia silices, quibus utebantur, insecabiles erant praeduritia, sicut adhuc apparet. (41) † multum enim laborabant malleis et aliis instrumentis, ut quadrarent et ordinarent muro imponendos, sicut hodierna die apparet in muris nostris.

¹ hier steht wahrscheinlich istis. ² patrocinaretur, §f. ³ für anterioribus; antennis ist nach der Analogie von internus, externus und supernus gebildet. Bei Corradini und Du Cange steht anternus. ¹ fehlt.

tuit. Istud tamen inde evincitur: monachos in hoc nostro loco habitantes abannis jam plus mille (um 1800) sub regula s. patriarchae Benedicti deo militasse, etsi multo serius abbatia regularis hic fuerit instituta.“ Dieser Beweisführung Gerberts und Neugarts steht entgegen, daß der liber vitae Augiensis von 822 von den Eremiten in St. Blasien ord. s. Benedicti noch nichts weiß.

* Note P. Günthers: regula s. Benedicti corona est omnium regularum.

** Handnote: Primum post susceptam s. Benedicti regulam sacerdotes et litteratos in monasterium receperunt, cuiusmodi homines prius non habebant.

*** Handnote: Notabene: Altaria portabilia, seu loco mobilia prohibita fuerunt. Vide concilia et acta ss. ordinis nostri.

† Von P. G. Meyer ist auf den Rand geschrieben: Quando aedificia coepere conexere ex lapidibus; diabolus serpens venosissimus (i. venenosissimus) omne opus habitabile destruxit.

¹ Dieser doppelte et ergo ist wahrscheinlich ein Versfehler des Abschreibers, das erste wird itaque, das zweite ideoque heißen sollen. ² adonati pr. m. ³ consortio, §f.

* Handnote von Bergott: Rem hanc de membranea et papyracea (papyracea, §f.) seu vulgari charta jam erudite pertractavit Mabillon de re diplomat. lib. I. cap. 8. — De papyro hic loquitur, unde conjice ante annum. auctorem non floruisse. — Errat hic auctor in supposito, quasi X. aut IX. saeculo usus fuisset, scripturas in cortice exarare. Es ist jedoch wahrscheinlich, daß der Verfasser nicht das Pinnenpapier, sondern das der Papyruspflanze gemeint habe, worauf die ältesten Handschriften geschrieben wurden. Pinnenpapier war seitlich zu seiner Zeit auf dem Schwarzwalde nicht im Gebrauch.

** Handnote: Fatetur ingenuè de veteribus ac primis illis incolis nihil certi nobis suppetere, quare ad conjecturas confugit, suspicaturque per multa spatia annorum (non per plura saecula, ut alii volunt) prius locum istum inhabitatum fuisse, antequam regulam s. Benedicti incolae suscepissent.

*** Auf dem Rande steht: vide, quae initio hujus paginae in margine exteriori notavimus. Praeterea falsum est hoc totum, si quidem in dioecesi Constantiensi, ut in s. Gallo, monasterio Augiensis etc. jam a VII. et VIII. saeculis regula Benedictina floruit.

† Dazu bemerkt Kettenacker l. l. p. 1: „Dioecesanum hunc fuisse Erenfridum scriptores nostri credunt, qui quartus a. s. Pirminio Augiensis abbas postea Constantiae episcopus factus est, anno, ut catalogus Constantiensis habet, 736, aut ut P. Trudpertus Neugart autumat, anno 739, mortuus anno 748, addit idem Trudpertus. Kettenacker fñhrt hierauf noch Gerbert's Meinung an: „Certius haud dubie aliquid haberetur, notat Mart. Gerbert, si ad manum esset manuscriptorum, quod multa continere de pristinis patribus monasterii s. Blasii Chiffletius, qui illud prae oculis habuit, notavit. Sed omni studio chronicon hoc a nostris inquisitionem reperi aut indigetari non po-